



*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*



DISPUTATIO V.

*libri 3. Institutionum*

DE UTILISSIMA

ET OMNIUM FRE-  
QVENTISSIMA, PIGNORVM

ET HYPOTHECARVM materia,  
conscripta

A D Q V A M

D. O. M. B. E. F. G.

SUB PRAESIDIO

*Nobilissimi, Clarissimi, Consultissimiq; Viri*

D. N. ARNOLDI DE REYGER,

I. V. D. ET IN FLORENTISSIMA

Academia Ienensi Professoris Pan-  
dectarum publici

*Pro ingenij modulo respondere conabitur*

*22. die Febr. hora locoq; solito*

IOACHIMVS PERNDL

*Ratisbonensis.*

Glossa in l. licet certis 8.

C. locat. & conduct.

*Aere luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras.*

I E N A E

*Ex typographœo Tobia Steinmanni.*

ANNO MDCCXCV.





*VERA VIRTUTE AC FIDE,  
DIGNITATE, HUMANITATE, INSI-  
gni etiam eruditione splendidissi-  
mis Viris*

D<sup>N</sup>. M. NICOLAO DINTZELIO  
N E C N O N

(D<sup>N</sup>: NICOLAO GALLO)

*Incluta, Libera, Imperialisq; Reipubl. Ra-  
tisbonensis: illi Syndico digniss. Avo suo suavis-  
siss: Huic Archigrammateo vigilantiss.  
Dominis atq; fautoribus suis summo  
Studio & Opera maxime  
colendis.*

Haec de pignorib: & Hypoth.  
theses, & studij legalis exercitium

I N

*Debita observantia symbolum,  
Studiorumq; testimonium*

*grato animo offert ac D D.*

*Joachimus Perndl  
Ratisb. R.*







*Continuatio.*

Postremò, re obligatur Creditor, qui PIGNVS accepit.

*§. fin. Inst. quib. Mod. re contrah. oblig. l. 1. §. is quoq; s. cum seq. ff. de O. & A.*

T H E S I S I.



U M P I G N V S M A N V  
in manum tradi solet, & propriè sic  
rei mobilis a: ideoq; à pugno nomen  
habet b.

*a l. in rem. 9. §. propriè. ff. de pign. act. §. item Serviana 7. Inst. de act. b l. plebs 238. §. pignus 2. ff. de V. S. & Wesenb. parat. de pign. n. 3. Cuiac. parat. C. eod.*

2.

Pignus est contractus iurisg. a nominatus, quo creditori ius in re alicui9 constituitur, propter crediti restituendi fidem b: eodemq; sensu hypotheca dicitur.

*a Nam ante Moysen usum pignoris fuisse patet, ex Genes. c. 38. vers. 17. & seq. Exod. 22. & Deut. 24, per Moysen leges de pignorib. acceperunt Aegyptij. l. ex hoc iure s. ff. de iust. & iur. §. ius. 2. Inst. de iure. N. G. & C. b §. fin. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. §. iubet. 9. ff. de coll.*

3.

Quamvis ita in specie discerni interdum soleant, ut pignus sit rei traditæ a, (de qua specie hîc propriè agimus) hypotheca autem rei non traditæ b.

A 2

a d. l. plebs.





*a d.l. plebs. 2; §. pignus. 2. ff. de VS. b l. si rem alienam. §. propriè. 2. ff. de pign. act. Hier. Treutl. disp. 1. thes. 1. vol. post. Moz. in tract. suo de pign. c. 1 n. 9. Borch. ad §. creditor fin. 1. h. t*

4.

Varia divisiones hinc solent enumerari, nos verò cum Dn. Balduino instituemus, pignoris generaliter accepti divisionem; aliud esse voluntarium, aliud necessarium. Voluntarium, quod ex conventionione expressa *a* vel tacita *b* descendit. Necessarium, quod lex ipsa constituit, aut Prætor *c*, iudex vè capi iubet *d*.

*a l. 1. ff. de pign. act. 1a. in §. rem Serviana. 7. 1. de act. Negus. in tract. pign. part. 3. Ves. parat. h. t. n. 3. b l. penult. & ult. & tot. tit. in quib. caus. pign. tacit. contrah. Cuiac. lib. 17. obs. c. 39. l. unica. C. de rei uxor. act. l. 4. ff. de pactis. & Cuiac. ibid. c. tot. tit. C. de Præt. pign. d l. à Divo Pio. 15. ff. de re iud.*

5.

Conventionione expressa pignus tractatu habito, factovè hominum constituitur, quod dicitur pignus conventionale.

*l. fin. de Præt. pign. glos. in l. 1. de pign. & ibid. Br.*

6.

Prætorium pignus est, quando iudex vel Magistratus quem mittit in possessionem alicuius *a*: iudiciale est, quando iudex iubet in possessionem mitti ex officio suo, ut sententia diffinitiva mandetur executioni *b*.

*a l. non est mirum. 26. ff. de pign. act. l. 2. & glos. ibid. qui pot. in pign. hab. b l. 1. C. si in caus. pign. capt. sit.*

7.

Tacitè pignus contrahitur, cum lex favore causæ, aut personæ, bona debitoris creditori tacitè obligata esse constituit.

*Quib. mod. pign. tac. contrah.*

*l. unica. §. 1. C. de rei uxor. act. l. cum oportet. 6. §. fin. C. de bonis que liber. Donell. tract. de pign. c. 4. in princ.*

Vt ea,



8.

Vt ea, quæ inuenta & illata sunt in prædia urbana pignori esse obligata locatori, non solum pro pensionibus, sed & deterioratione habitationis censentur, quasi id tacite convenerit.

*l. 2. & l. 4. ff. in quib. caus. pign. tacit. contrah. l. fin. C. eod. l. item quia 4. ff. de pactis. l. unica in princ. ff. de migrat.*

9.

De prædijs rusticis secus est: nam fructus, qui ibi nascuntur tacite intelliguntur pignori esse domino fundi locati, etiamsi nominatim de eis nondum convenerit *b.*

*a d. l. 4. ff. in quib. causis pign. tacit. contrah. b l. in prædijs. 7. ff. d. t. l. si in lege 24. §. si colon. 1. l. qui fideiussor. 5 2. ff. locati. §. adipiscende. 3. vers. interdictum in fin. Inst. de act. Connan. 4. comme. 6 n. 16. Negus. part. 2. memb. 4. n. 153.*

10.

Creditor quoque qui ob domus refectionem, vel reedificationem pecuniam credidit, tacitam hypothecam in ipsa domo habet, sive ipsi domino, sive redemptori operis, mandante domino numerata sit pecunia.

*l. 1. in quib. caus. & c. l. cum duobus. 5 2. §. idem respondit 10. ff. pro socio. l. si ventri. 8. §. 1. ff. de privil. cred. l. creditor. 25. ff. de reb. cred.*

11.

An idem etiam ad eos, qui ad refectionem vel ædificationem alterius rei, veluti navis, pecuniam mutuam dederint, porrigi possit dubitatur & affirmative respondemus.

*per tex. in l. interdum. 5. ff. qui pot. in pign. hab. & ibid. gloss.*

12.

De studiosorum libris in prædium urbanum inductis disquiritur? quin tacite oppignorari minime queant adfirmamus.

*Gloss. in l.*



Gloss. in l. Nepos. Proculo Zas in d. §. item Serviana 7. n. 23.  
Schneid. eod. §. n. 43 Mynsing. ibid. n. 8.

13.

Exsurgit & illa quaestio, num pecunia, quæ thesauri loco reconditur, tacitè obligetur nec ne? & obligari statuimus.

Zas. d. loco. n. 22. ex l. si chorus. 79. §. 1. ff. de leg. 3.

14.

De bonis minorum, an ea in prædium urbanum inducta, tacitum pignus constituent? adfirmativa secundum quosdam verior videtur.

arg. l. furiosus. 46. ff. de O & A. gl. & Bald. in l. fin. C. de legit. Negus. pr. 2. memb. 4. n. 154. Schneid. d. §. n. 44. Geil. lib. 2. obs. 83. n. 8. & seq. item observ. 96. n. 10.

15.

Atque hæc de facto hominum sufficiant, sequuntur nunc pignora tacitè absque hominum facto; ex privilegio, quæ solâ legis dispositione, inducuntur, contracta, quale est contractum matrimonium, nam simul atque contractum est matrimonium, bona hinc inde sunt obligata.

l. assiduis fin. C. qui potior. in pign. hab. & l. unica. §. & ut plenius C. de rei uxor. act.

16.

Fisco etiam datur ut quisquis quid ei ex causa tributorum, aut contractuum *a*, non delicti *b* debere ceperit, eius bona, & quæ habet, & quæ habiturus est, statim obligentur.

*a* l. 1. 2. C. in quib. caus. l. aufertur 46. §. fiscus. 3. ff. de iure fis. l. fin. C. de privil. fis. Connan. 4. comment. c. 16. n. 1. *b* l. in summa. 17. l. quod placuit. 37. l. Statius 48. ff. de iure fis. l. unic. C. pen. fisc. cred. pres.

17.

Pupillis etiam & adolescentibus tacitè bona tutorum & curatorum *a* postquam officium gerere ce-

rere ce-



rere ceperunt ipso iure videntur esse obligata b.

a l. pro officio 20. C. de administ. tut. l. unica §. 1. C. de rei ux.  
xor. act. l. dabimus. 4. §. 1. ff. de privil. cred. l. fin. ff. de tut. & ration.  
distrab. b l. cum oportet 6. §. fin. C. de bonis, quæ lib. l. hac edi-  
ctali 6. §. pen. C. de secund. nupt.

18.

Idem est dicendum de secundi mariti bonis,  
cui mulier nupsit, quæ filij impuberis tutelam su-  
sceperat, non petito alio tutore, nec restituta tute-  
la, sicut & in bonis matris.

l penult. C. in quib. caus. l. matres. 2. C. quando mulier tut. off.  
fung. possit. Novell. 22. de nupt. cap. si autem tutelam gerat. 40, adde  
Novell. ut sine prob. matr. 94.

19.

Is autem solus rem pignori obligare potest, <sup>Quæ res pig  
data oblig. &  
poss.</sup> cuius in bonis res est, sive ipse hoc fecerit, sive a-  
lius voluntate eius a: nam pignus in re debitoris  
constituitur b.

a l. 6. C. si alien. res pign. l. solutum. 11. §. ult. cum l. seq. ff. de  
pignor. act. b l. qui filios. C. quæ res pign. l. quæ prædium. C. si alien.  
res. pign.

20.

Rei enim alienæ oppignoratio est inutilis, nisi  
fiat cum rei domini voluntate, vel ratihabitione,  
vel sub conditione cum nostra erit.

l. si fundus. §. aliena. ff. de pign. d. l. quæ prædium. C. si alien. res  
pign. l. petenti, 27 ff. de pignor. act. l. 2. 3. & l. fin. C. si alien. res pig.

21.

Enumeratis iam speciebus aliquibus, quæ op-  
pignorari solent, consequens est, ut eas subnecta-  
mus, quæ non queunt: quales sunt eæ, quæ nullius  
in bonis sunt a, ut res sacræ, sanctæ, religiosæ, ex-  
cepta causa captivorum b.

a §. nullius. 7. 8. & 10. Inst. de rer. divis. l. in tantum. 6. §.  
sacræ. 2. 3. & ff. cod. l. 2. C. de relig. & sunt. sum. l. sancimus. 18. C.  
de SS.



de SS. Eccles. l. usucapionem. § ff. de usucap. b. d. §. sacræ 8. Inst. de  
ver. divis. 22.

Liberi homines pignori obligari non possunt, eâdem ratione, quâ loca religiôsa, aut præmia sacra b, quia in bonis debitoris non sunt; adeoque ut si creditor filiumf. à patre pignori acceperit, res legetur c, olim in sacris litteris ultimum supplicium fuit destinatum d.

a l. qui filios. 6. C. quæ res pign. item l. quæ prædium. 6. C. si aliena res pignori data sit. b Cuiac. parat. C. quæ res pign. obligari possunt vel non. c l. fin. ff. eod. d Deuter. cap. 24. vers. 7.

23.

Hinc quæri solet, an pignus sub conditione puta si liber homo servus erit, initum, valeat? R. quod non.

l. si in emtione. 34. §. liberum hominem. & ibid. gloss. ff. de contrah. emt. l. qui res. 98. §. arenam. 8. ff. de solut.

24.

Legibus etiam quædam oppignorari est prohibitum: qualis est res pupilli a, item litigiôsa b.

a l. 1. in princ. ff. quæ res pign. l. lex. 22. C. de administ. tut. b d. l. 1. §. fin. ff. d. t. quæ res pign. & tot. tit. C. de litigios.

25.

Sic neque servi, aut boves aratores licet in bonis eius sunt, aut vomeres, aut aratra pignori capi possunt à creditoribus vel exactoribus tributorum,

Cuiac. parat. C. quæ res pign. oblig. poss. l. exsecutores. 7. & seq. C. eod.

26.

Cum sæpissimè fieri soleat, ut una eademq; res, duobus vel pluribus eodem tempore oppignoretur, & lites hinc atq; rixæ oriri queant, quinam eorum sit præferendus, certus modus & regulæ hic recensentur, ad quarum nutum pendere debeamus. Primus est de eo, qui prior est tempore potior habetur iure.

l. 2. C.



l. 2. C. qui pot. in pign. hab. l. qui prior. 54. de R. I. in 6. l. qui  
balneum. 9. l. potior. 11. ff. d. t. latè Negus. hic memb. 5. part. n. 1. 2.  
Et per tot. 27.

Priorem hic vocamus, qui prior pecuniam de-  
dit, vel stipulatione pepigit *a*, illudq; de quovis pi-  
gnore hic sumimus *b*, adeoq; procedit, ut priores  
creditors privati etiam, expressam hypothecam  
habentes: posterioribus privilegiatis præferantur *c*.

*a* l. diversis. 8. C. qui pot. in pign. hab. d. l. qui balneum. 9. Et l.  
potior. 11. ff. eod. *b* Cuiac. lib. 9. observ. c. 37. in parat. C. d. t. c. l.  
tur. ff. eod. 28.

De duabus etiam uxoribus dotem repetenti-  
bus idem dicendum esse statuimus *a*: quod tamen  
cessat in privilegijs persona libus, ubi non ex tem-  
pore, sed ex causa fit æstimatio *b*,

*a* autæ si quis ex rebus. C. qui pot. in pign. *b* l. privilegia. ff. de  
privil. cred. Geil. 2. observ. 25. nu. 13.  
29.

Præferetur is quoq; atq; potior in pignore ha-  
becur, in rei oppignoratæ conservationem qui cre-  
didit *a*: item qui servum ab hostibus redemit *b*, &  
qui paratus est solvere priori (nam ius offerendi ha-  
bet *c*,) & penes eum stat quominus ei pecunia sol-  
vatur *d*, item is qui in prioris locum successis *e*.

*a* l. interdum. 5. Et seq. ff. n. t. *b* d. l. in bello. 9. Et 12. ff.  
eod. *c* l. mulier. 19. cum seq. ff. qui pot. *d* l. potior. 11. §. sin. l. 20.  
ff. eod. *e* l. 3. §. penul. ff. d. tit. qui pot. 30.

Ex obligatione pignoris consequitur creditor <sup>De præse.</sup> potestatem, & persequendi pignoris <sup>pign.</sup> *a*, & nisi so-  
lutio fiat distrahendi *b*. Persequitur autem actione  
Serviana (à Servio *c* non à servando dicta) dire-  
cta vel utili *d*.

*a* l. pignoris. 17. ff. de pign. l. pignoris. 18. C. eod. *b* VVese.  
darat. qui pot. Et tot. tu. ff. Et C. de distr. pign. Cuiac. parat. C. eod. *c*  
B Mynsing.



Mynsing. 6. Item Serviana. 7. n. 10. Inst. de act. Donell. tract. de pign.  
cap. 6. Item Serviana. 7. Inst. de act.

31.

Est autem distractio pignoris, alienatio à cre-  
ditore facta cui pignus iure obligatum est, vel he-  
rede eius a. Ideo autem dicitur à creditore fieri,  
quia à debitore facta venditio, non perimit pignos-  
ris causam b, nisi pignus ipse luat, c, aut fiat à cre-  
ditore consentiente & remittente pignus d.

a Cuius d loco. l. penul. C. eod. b arg. l. distractis. 14. C.  
de pignor. & hypoth. c l. fin. C. debit. vend. pign. imped. non posse.  
d l. si ignorante. 3. l. si pignoris. 10. & l. fin. C. de remiss. pig. l. si pi-  
gnus. 8. l. fin. ff. qui pot. in pign.

32.

Hinc quaestio sese nobis offert non incongrua,  
si creditor aliquis patiatur pignus obligari alij, an  
prorsus ipsius ius perimatur? & per dist: videtur di-  
cendum quod sic.

ex l. cum te. 4. C. de remiss. pign.

34.

Olim & hoc observari solebat, ut pactum de  
distrahendo pignore apponeretur a, quod postea  
in mores abiit, ut si appositum nondum sit, pro  
convento tamen habeatur, eoq; iure utimur b.

a l. pactum. 4. C. de pignor. act. b l. creditoru. 8. ff. de distra.  
pign. l. si mandato. 59. §. creditor. 4. ff. mandati. d. res. parat. hic. n. 2.

34.

Si pactio autem nulla sit facta, tunc creditor  
testato a idq; ter b debitori denunciare debet c,  
se velle distrahere nisi solutio fiat: tunc amplius post  
denunciationem antequam vendi possit, ex lege Iu-  
stiniani biennium est expectandum d.

a l. creditor. 4. C. de distr. pign. b Paulus. lib. 2. sent. tit. 5.  
Cuius. parat. C. eod. c l. debitores. 10. C. de pign. & hypoth. & l. cre-  
ditor. 4. C. de distr. pign. d. l. fin. §. sin autem. 3. C. de iure domini imp.

Interdum



35.

Interdum debitori etiam, pignoratam rem an liceat vendere? per distinct. affirmativè concludimus.

*l. si ut proponis. 4. C. de serv. pign. dato. l. 2. & l. cum à te. C. de remiss. pign. arg. l. pignus. 8. C. de pign. act.*

36.

Ultimo loco iam quibus modis pignus, vel hypotheca solvatur moneamus. Primus modus est, si debitum solvatur, aut satisfiat eo nomine *a*, sive hoc à debitore *b*, sive creditore secundo *c*, sive quocunq; possessore pignoris fiat *d*, vel oblatione *e*, vel depositione *f*.

*Quib. modis pign. solvit.*

*a l. item liberatur. 6 ff. quib. modis pign. vel hypoth. sol. l. fin. C. de luit. pign. b dd. ll. c l. potior. 11. ff. qui pot. d l. Paulus. ff. n. t. l. ob signatione. 9. C. de solut. f l. acceptam. 19. C. de usur.*

37.

Totum autem exsolvi debet ut nascatur pignoratitia *a*, pro parte enim pignus non liberatur, & si etiam tale sit, quod divisionem recipiat *b*.

*a d. l. si rem 9. S. omnis ff. de pign. act. l. si quis. §. 1 ff. de reb. cred. l. que fundum. 51. ff. de iure dot. b l. qui pignori. 19. ff. de pign.*

38.

Solvitur etiam pignus voluntate creditoris expressâ, ut si expressè fuerit pactum ut à pignore recedatur *a*: vel etiam tacitâ ut si sciat creditor alienationem pignoris *b*.

*a l. solvitur. 5. l. voluntate. 10. ff. quib. mod. pign. sol. b l. si debitor. 4. §. 1. l. sicut re. 8. §. si voluntate. 6. & seq. ff. cod.*

39.

Rei item interitus pignus perimit *a*, quod tamen itidem de totali est intelligendum: nam si pars aliqua remanserit, remanet illa obligata *b*.

*a l. sicut 8. in princ. b arg. l. domo. 12 l. qui res 98. §. aream 8 ff. de solu. l. Paulus. 29. §. domus. 2. & l. fin. ff. de pign.*

B 2

Quartus





40.

Quartus solvendi modus est tempus *a*, ut si ad tempus fuit obligatum *b*.

*a* l. liberatur. 6. *b* glossa ibid. ff. quib. mod. pign. solv.

41.

Quintus modus est mutatio debitoris *a*; ultimus verò sententia seu iusiurandum, ut si iuratum *b* iudicatumve sit, nihil deberi, aut pignus non esse obligatum *c*.

*a* l. 1. §. fin. *b* l. solvitur 5. §. fin. d. t. *c* l. si deferente 13. ff. eod. l. iusiurandum etiam 27. & l. seq. ff. de iureiurando.

## C O R O N I D E S.

I.

Pactum legis commissoriae, ut iniquum, & pignori ceu fiduciae contrarium in hoc contractu pignoris improbatum.

*l. fin. C. de part. pign. adeo ut ne iuratum quidem valeat Panor. significat X. de pignor. Diff. Da per l. 34. de pign. act. & ibid. Cost.*

II.

Probabiliter dubitatur utrum iuri offerendi & luendiq; pignoris, longissimo tempore praescribatur? & negativa nobis verior videtur.

*Myns-cent. 1. observ. 16. Geil. 2. observ. 18. Cuiac. ad l. 3. de usucap. & in parat. C. de presc. 30. annor. Zas in §. actionum n. 62. Inst. de act. ab hac tamen sententia plurimi dissentunt.*

III.

An si precium nondum exactum erat, creditor possit emtorem delegare quaeritur? Hac de quaestione diversa exstant iurorum responsa, quae sub distinctione conciliari possunt.

IIII.

Vtrum ista conventio, ut fructus ex re pignori data, Creditor percipiat pro usuris, valeat, quaestio est? Adfirmamus.

## F I N I S.



99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X




TA 30L











DISPUTATIO V.  
*libri 3. Institutionum*  
**DE UTILISSIMA  
ET OMNIUM FRE-  
QUENTISSIMA, PIGNORVM  
ET HYPOTHECARVM materia,  
conscripta  
*AD QVAM*  
*D. O. M. B. E. F. G.*  
SVB PRAESIDIO  
*Nobilissimi, Clarissimi, Consultissimiq; Viri*  
**DN. ARNOLDI DE REYGER,**  
**I. V. D. ET IN FLORENTISSIMA**  
**Academia Ienensi Professoris Pans-**  
**dectarum publici**  
*Pro ingenij modulo respondere conabitur*  
*22. die Febr. hora locoq; solito*  
**IOACHIMVS PERNDL**  
*Ratisbonensis.*  
**Glossa in l. licet certis 8.**  
**C. locat. & conduct.**  
*Aere luo pignus, cruce paenas, luce tenebras.*  
**IENAE**  
*Ex typographéo Tobia Steinmanni.*  
**ANNO MDCCXCV.****

